



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

10 de Reseruotionibus beneficiorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

cap. cum olim, de maio. & obediens. Ioan. Andr. in c. quanquam, de elec. in 6. vide Rebuff. in praxi, tit. de deuoluto num. 92. ¶ Nam si sede vacante prebenda vacent, illæ non conferuntur iure deuoluto a capitulo, ca. 2. ne sede vacan. quia collatio beneficiorum in fructu episcopi est, glo. in d. c. cum olim, de maio. & obediens. ideo referuanda futuro successori, c. quia sepe, de elect. in 6. clem. penult. eod.

46 tit. ¶ Singulare ius illud est, quod in institutione faciendâ ab episcopo presentatorum, digniorum nullum definitum est tempus, & ideo ob non factam institutionem non deuoluitur ius ad superiorem, sed potest qui presentauit suo tempore, etsi post presentationem lapsus fuerit tempus ad presentandum datum, interpellare pro institutione episcopum, c. cum inter. de electio. Et potest recurri ad superiorem, qui presentat terminium inferiori ad institutionem faciendam, c. reprimendum, de offic. ordin. c. graues, de preb. Et ideo in refutum vel denegationem, tunc recurritur ad superiorem. Sic & in acceptatione factâ intra mensem ex mandato, negante executore: quia nullum tempus executoris est definitum, not. in clem. cum ei quem, de concess. prebend. Et ita expresse definit Rota in decisione 212. incipiente, secundum omnes, in nouis.

47 ¶ Quare si nec summus pontifex iuri presentationis, ante institutionem facit præiudicium patrono, nisi dixerit deuolutum fuisse per vacationem temporis ad eum beneficium, id est, presentationem non factâ suo tempore, vel deuoluto iure ad episcopum & alios negligentes beneficium patronatum, & quod ita vacauerit: vel nisi in provisione adiciatur, dummodo patronorum accedat assensus. Aliter enim non censetur iuri patronorum derogare, vt docetur ex regula cancellariæ 40.

De referuationibus beneficiorum.

Cap. 10.

- 1 Referuatio beneficiorum quid, & a quo fiat.
 - 2 Referuationes beneficiorum generales & speciales summi pontificis, vel præter ius, vel in corpore iuris.
 - 3 Beneficia qua dicuntur vacare in curia Romana.
 - 4 Referuationes speciales beneficiorum que.
 - 5 Referuationes beneficiorum qua abolita sint & permixta.
 - 6 Referuationes in corpore iuris que sunt summi pontificis.
 - 7 Pensionis referuationes vsq. ad quam quantitatem in beneficiis renuntiat permissa.
 - 8 Pensio infra qua, & eius redemptio.
- 1 Secundo si dicebamus potestatem ordinariam in beneficia, imitari per referuationes: quæ autem illæ sint, & quales, nunc tradendum est. Referuatio beneficiorum dicitur, quando quis sibi retinet beneficium, vltim quam ipse voluerit, conferri non possit. Fit que a summi pontificis legato, & ab ipso summo pontifice. Legatus auctoritate suæ legationis apostolica, sibi referuabat beneficii collationem in ecclesia aliqua, vel inter ordinarij collationes, quam referuatiorem restrinxit Bonifacius 8. c. presentis, c. 3. de offic. legat. lib. 1. Sexti, tit. 15.
- 2 ¶ A summo pontifice fiebant referuationes generales, & speciales: & iste vel fuit præter ius, vel in corpore iuris clausæ. Extra ius sunt generales, quando summus pontifex referuat suæ collationi dignitates maiores potest pontificalem, in cathedralibus & metropolitans ecclesiis, vt in reg. cancell. 2. 3. & seq. in extra. Ioan. 2. 2. executorialis, de preben. & in extra. ad regimen. Item vbicumq. summus pontifex immiscuit, vel si ipse contulit, & questio moueatur vel de eius provisione, vel nullitate, vel indignitate prouisi, referuantur hæ notiones & beneficia ipsius potestati, Panor. in c. inter dilectos, col. pen. de excess. prala. c. vt nostrum, de appella. Rom. consil. 335. circa primum.
- 3 ¶ In corpore iuris, hoc disputat glo. antiq. in regu. can. 33. alias tamen enumerat Probus in c. presentis, de offic. ordin. in 6. & Rebuff. §. 1. de referu. in concor. Gomes. in reg. cancell. de trienn. posse. q. 31. vbi tradit 7 referuationes in corpore iuris clausas, vide enim. vnica tantum referuatio inuenitur generalis, nempe beneficiorum, quæ dicuntur vacare in curia Romana, personarum videlicet existentium, & decedentium in summi pontificis comitatu, quæ conferri possunt a solo summo pontifice intra mensem a tempore vacationis, & postea ab ordinariis, c. 1. 3. de preb. in 6. Porre & quomodo: hoc ius ad beneficia personarum curialium, qui extra curiam mortui sunt, peregrinationis, infirmitatis, vel recreationis causa absentes, intra duas dienas legales: item ad nuncios apostolicos a curia abeuntes, vel ad curiam Romanam pontificis redeuntes, c. presentis, de preb. in 6.
- 4 ¶ Specialis si referuatio est, quando summus pontifex sibi no-

minatim collationem alicuius beneficii referuat: vel si in collatione beneficii ex resignatione, cum pensionis retentione permittat regressum, si non soluitur, vt possit eius auctoritate apostolica sine alia provisione beneficium repetere, vide Rebuff. in §. 1. de referuatio. in concor. vel alio modo. ¶ Hodie si omnes referuationes beneficiorum improbatæ sunt, eod. tit. & in prag. sanctio. exceptis vacationibus in curia, & in ciuitatibus & villis muratis, quæ graduatis, §. presentis, 1. de collatio. in concordat. & nominatis debentur vi pragmaticæ sanctionis, & concordatorum, §. statumimus, eod. tit. hæ quæ vacant officialium sedis apostolicæ, ca. ad regimen, de preb. in extra. ad reg. communib. nisi iure regali vacant in Gallia, vt pronuntiatum senatus consulto Patiensis an. 1338. 3. Iulij, Reb. in §. 1. de referuat. Sunt & receptæ referuationes, quas sibi fecit & sedi apostolicæ sum. pontifex in conuentionibus Gallicis, tit. de reg. ad prala. nomina. in concord. maiorum dignitatum & prelaturarum, vt possit solus eas conferre, postquam intra nouem menses rex Galliarum ad eas non nominauerit idoneum. ¶ Inter si referuationes in corpore iuris clausas, id est, inter collationes quas ius commune referuat summo pontifici, Gomesius, in regu. de trien. posse. q. 31. ponit translationem episcoporum, c. quod translationibus, de offi. legat. c. fin. de translat. episcop. provisionem episcopatus vacantis per depositionem, c. inter, de translat. episc. c. post translationem, & c. nisi, de renuntiat. & per calum ca. quanquam de electio. in 6. si episcopus captus est a paganis, vel a schismaticis, c. si episcopus, & ibi glo. si de suppl. neglig. prala. in 6. si prouidendum sit, eo quod episcopus propter senium, aut impedimentum aliud corporale, perpetuum non possit officium suum exercere, c. 1. §. si autem episcopus, de cler. agro. in 6. si summus pontifex dederit beneficium vacans ante in commendam, idque ex interpretatione potius doctorum, Frider. in tract. permut. d. 15. Roma. consil. 140. Reb. in Praxi benef. tit. de referua. nu. 32. & 38. quam iuris expressa dispositio, ideo non recte superiorem annumeratur. Alius tamen proxime accedit, quando cathedralis ecclesia clero & populo Christiano cauet, quo casu referuatur collationi summi pontificis, clemens. in plerisque, de ele.

¶ Suor si aliz referuationes in collatione beneficiorum factæ per summum pontificem, quando per ipsum impediuntur pensiones: iure namque pontifex interdum probat referuationes pensionis, vsque ad mediam, ca. suscepta, eod. in extra. Ioan. 2. 2. partem fructuum beneficij, a summo tamen pontifice, non alio concessa. In patria tamen consuetudinaria, & in Gallia, ad tertiam vsque partem referuari solet relictis duabus beneficiario, Rebuff. in praxi benef. tit. de referua. nu. 18. 19. 20. ¶ Quinimo si iusta dicitur pensio, qua deducta super sit beneficiario, vnde se alere, & onera beneficii possit ferre, c. de monachis, c. vacante, c. cum causam, de preb. c. 1. de censib. Datur que hæc pensio communiter in quantitate fructuum: in Gallia etiam, Reb. d. tit. de referuatio. num. 21. in pecunia munerata, vbi pensio permixta in tribus casibus, si beneficium litigiosum, pro bono pacis, c. nisi, de preben. 2. ne dispendium nimium resignans ex resignatione patiat, c. super hoc, de renuntiatio. aliter tamen quam ex permutatione facta: vel si permutatum beneficium sit, ratione inæqualitatis redditum in fructibus permittitur pensio, c. ad questiones, de rer. permut.

De mandatis apostolicis ad beneficia, & de mandataris. Cap. 11.

- 1 Mandatum apostolicum impedit collationem ordinarij.
- 2 Mandatum apostolicum quid.
- 3 Mandatorum apostolicorum origo & successus.
- 4 Littera perceptoria summi pontificis qua.
- 5 Littera executoria ad beneficia qua.
- 6 Mandata a summo pontif. ad beneficia dantur semel in vita, & quando, & quare, eod.
- 7 Mandata qui ordinarij grauari possint.
- 8 Mandata cur solus pontifex dat.
- 9 Mandata forma in Gallia.
- 10 A Mandatis qua beneficia censentur excepta & 10.
- 11 Mandataris non debentur beneficia villa murata, nisi graduatis.
- 12 Mandataris preferuntur graduatis nominatis.
- 13 Mandataris beneficia non debentur, nisi a presentatione per mensem.
- 14 Mandataris tantum beneficium petiunt & acceptatum prius vacans debentur.